

vel literas ad possessionarias perpetuationes et causarum diffinitiones sigillare queant atque possint; id etiam adjecto, quod dicti Notarii et Comites ipsius Regni sub sigillo minori non plures literas nisi Inquisitorias, citatorias, prorogatorias, ac Judiciales dare possint et valent modo aliquali; sed nec hoc pretermisso, quod littere ad ipsas possessionarias perpetuationes et causarum qualiumcumque diffinitiones, et expeditorie sub majori sigillo emanari queant atque possint, vna cum sigillis nobilium predictorum; et quod Comites supradicti litteras expeditorias super facto Birsagiorum non de pluribus nisi de duabus bus judiciorum predictorum dare possint et valeant, sed non de tertia parte dictorum nobilium iudiciis proveniente. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem pendentis sigilli nostri munimine fecimus atum in Gara feria tertia proxima post Dominicam Letare. Anno Domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Octavo.

(Locus Sigilli pendentis.)

Originalis membr. in Archivo Regni Croatiae. Priv. N. 9.

CXXV.

Anno 1399. In Šikloš.

Nicolaus et Joannes de Gara, Bani, Episcopatum Absarensem fratri Nicolao de Šikloš conferunt.

Nos Nicolaus et Johannes de Gara, Regnorum Dalmatie, Croatiae, Sclavonieque Bani, omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, salutem in omnium salutare. Fauor et deuotio specialis nos inducunt, vt hos, quos opera sue virtutis dignos efficiunt, prosequi amur prerogatiua, fauore, et gratia speciali; vt ipsorum remunerata deuotio ylare scat, et alij eorum exemplo ad virtutis speciem amplexius et forcius incitentur; nos etiam ex debito iuris cogimur iustas admittere preces, et vota supplicantium clementer exaudire. Cum igitur Episcopatus Absariensis, in Ecclesia Cathedrali B. Virginis in insula nostra Vzor vocata constructa, situs, per Serenissimum Principem Dominum nostrum, Dominum Sigismundum, Regem Hungarie etc., nobis sub noue donationis titulo simul cum patronatu ipsius Ecclesie et collatione dicti Episcopatus perpetuo donata, per decessum venerabilis in Christo Patris Domini Protyni, pye recordationis Episcopi predictae Ecclesie Absariensis, iam in dicta nostra insula de iure et de facto vacare contingat, cuius collatio seu presentatio ad nos, vt premititur, pertinere dinoscitur; Nos itaque atten-